



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae
Pantheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

LXXV. Georgio Florschuzio Med.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

LXXI.

Ad Dauidem Chytræum
S. Th. D.

*Custos virtutis pudor est, et fidus honoris
Aβecla. sed pudor est semper, ubi metus est.
Si metus omnis abest, et abest pudor: inde CHY-*

(TRÆB

Ius, pietas, virtus, laus, honor omnis abest.

LXXII.

Vito Kirchbauero Thol.

*Qui vitium vitat, virtutem VIT E, et apesit:
Quæ vita dignos nos meliore facit.*

LXXIII.

Andreæ Lopadio.

E Græco.

*Prudens canities, aut si prudentia cana est:
Maxima laus hæc est, et decus omne sensis.*

LXXIV.

Ad Ioannē Lauterbachiu.

*Qui facilem quærit vitam, sibi I A N E labore
Comparat hanc. sic est viuida vita, labor.
At contraria labore est, ignavia: quippe laborem
Dum fugit; hunc vir iners inuenit pse sibi.*

LXXV.

m Georgio Florschuzio Med.

Siquis debet: et unde det, **GEORG I**,

Nec scit, nec videt: insepulta mors est.

Nam debere nihil, beata vita est.

LXXVI.

Ad Carolū Vtenhouiū C. F.

Quod fortis Fortuna juuat, Fortuna vocatur:

Fortis Fortunam fert bene nempe suam.

Virtuti fortuna comes. qui filius esse

Fortunæ gaudet, **CAROLE**, fortis erit.

LXXVII.

Hieronymo Fabro Med.

Ignarus medicus, **FABER**, est fortuna: fatetur-

Chilon: excæcat, quos fouet ipsa, magis.

LXXIX.

Ad Christophorum VVol-
fum Annæmontium.

Nemo repente bonus, malus aut fit nemo repente:

Namque bonum labor est esse, vel esse malum.

Multum cura potest, multum meditatio, mulsum

Vsus, nam res hæ cuncta domare solent.

Sed facilis tamen est, **VVOLFI**, descensus

(Auerni:

At renocare gradus hoc opus, hic labor est.

A&